(18)

Calistus pp iij

Dilecti filij Salt et aplicam ben. Cognita deuotionis fidei quoqꝫ integritas quas ad nos et Roman ecclesiam geritis promerentur ut ea per que comodo securitati ac tranquillitati vre consulitur
quantū cum deo possumus fauorabiliter annuamus. Cum itaqꝫ per dilectos filios Oratores vros nuper ad nos destinatos vro nomine expositum fuerit / quemadmodū a tēpore Jubilei in quo
certū bannū emanauit / in rubris decem salis ultra antiquā et consuetā taxam Anno quolibet grauati fuistis / prout et nūc grauari asseritis / propterea qꝫ supplicari fecistis / ut vos ab hoc onere
liberare et grauamen amouere / et ad iustū et debitū modū reducere dignaremur. Cornetanis quoqꝫ qui nouā et insitatam salis gabellam a vro Comuni exigere temptant / ne id amplius
aggredi audeant / eis inhiberi petitis. Insup quia nre et eccle gentes transitum facientes vobis damna intulerunt ualore cc.torum florenoꝝ auri uel id circa ascendentia / consideratis etiam
expensis quas belli tēpore subiuistis / et cum muri etiā illius nre Terre sicut asseritis reparatione indigere noscantur / ut aliquid in opus fabrice elargiamur postulatis. Nos ergo Comu-
nitatē vram liberalitate uti uolentes / vris in hac parte supplicationibus inclinati / ut eo feruentiores in nra et aplice sedis deuotione efficiamini / circa capiendū sal vos sicut facere
consueuistis ante tēpus Jubilei reducimus / et ita decernimus deinceps obseruari debere / de gabella autē si sit noua et inusitata Cornetanis ac alijs ad quos pertinet expresse pcipimus /
ne aliquo modo quicqꝫ occasione huiusmoi post hac exigere presumant / in reparationē vero muroꝝ vroꝝ de subsidio .cclxxx. florenoꝝ quos nre camere persoluere tenemini pro hoc Anno
dūtaxat vobis Quinquaginta ducatos liberaliter relaxamus in opus fabrice huiusmoi fideliter couertendos. Mandantes quibuscumqꝫ Officialibus nris quoꝝ interest uel intererit in
futurū / ut premissa omnia obseruent / et ab alijs inuiolabiliter obseruari faciant / irritū quoqꝫ et inane decernimus si secus super his a quoqꝫ quauis auctoritate scienter uel ignoranter con-
tigerit attemptari / Constitutionibus et ordinationibus aplicis ac statutis et consuetudinibus ceterisqꝫ contrarijs non obstantibus quibuscumqꝫ. Dat Rome apud Sanctūpetrū
sub Anulo piscatoris die .xxv. Septembris .Mcccclv. Pont nri Anno Primo

Marcellus

Dilectis filiis .. Officialibus ac Comuni
Terre nostre Aquependentis Urbevetan
dioc.

25/9/1455 [illegible] Calist. III

xij

[illegible] sig. filio

65

Liberatio Calisti pape tertii Comunitati Aquependentis ab acceptione aliorum decem salis
sibi posita post Iubileum et a nova gabella et imunitas solvenda Co-
munitatis et relaxatio quinquaginta ducatorum de introitu apostolico
pro restauratione murorum